

Simon, E. 1903. Descriptions d'arachnides nouveaux de Madagascar, faisant partie des collections du Muséum. Bull. Mus. hist. nat. Paris 9: 134.

Plastonomus, nov. gen.

Ab *Empleysiogono* differt cephalothorace fere æque longo ac lato, subquadrato, postice quum antice vix angustiore, crasso sed superne plano et minute biimpresso, clypeo oculis lateralibus anticis non multo latiore, area oculorum mediorum circiter triplo latiore quam longiore, abdomine late ovato, paulo longiore quam latiore, antice truncato, superne fere plano, late sigillato.

P. octoguttatus, nov. sp. — ♀ long. 4 millimètres.

Cephalothorax niger, ad marginem clypei leviter ferrugineus, crebre impresso-punctatus atque in medio minute biimpressus. Abdomen supra duriusculum et nitidum sed sigillis coriaceis maximis ovatis binis impressum, nigerrimum, maculis luteo-testaceis biseriatis (4-4), 2^{is} reliquis minoribus, supra ornatum. Chelæ valde coriaceæ, partes oris, pedes-maxillares, sternumque nigra. Pedes breves et robusti, quatuor antici nigri, metatarsis tarsisque fulvo-rufulis, coxis femoreque 2ⁱ paris ad basin pallide luteis, pedes postici lutei, femoribus ad apicem patellis tibiisque fusco-variatis et subvittatis. — Regio Mahafaly (Bastard 1900).